DE CHLOROSI.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

RATIOSISSIMI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

AD SUMMOS

N MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

IE XXIX. MENSIS AUGUSTII ANNI MDCCCLVII.

H. L. Q. C.

PALAM DEFENDET

AUCTOR

ISAAC SILBERZWEIG,
OTTOMANIENSIS.

CONTRA ADVERSARIOS:

S. GOLDMANN, MED. ET CHIRURG. DR.
M. GOLDSMIDT, MED. ET CHIRURG. DR.

VRATISLAVIÆ,
TYPIS SULZBACH.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, AMPLISSIMO, CELEBERRIMO
DECANO H. T. SPECTATISSIMO

I. GUIL. BETSCHLER,

ED. ET CHIR. DOCTORI, UNIVERS. VIADRINÆ VRATISL. PROF.
. O., ET SCHOLÆ CLIN. LYNÆC. MODER. AUGUSTISSIMO BORUSS.
EGI IN SUPREMO SILESIÆ REGIMINE RERUM MED. A CONSILIIS
TIMIS, COLLEGII SUMMI AD MEDICOS OMNIS ORD. EXAMINANDOS,
IRECTORI, AQUILÆ RUBRÆ EQUITI, PLURIUM LIT. SOCIETATUM
SODALI ETC.

PRÆCEPTORI DILECTISSIMO

GREGIE DE SE MERITO SUMMEQUE VENERANDO

ATQUE

VIRO

HUMANISSIMO, NOBILISSIMO, MAXIME ERUDITO

W. ADELSOHN,

AMICO DILECTISSIMO

HAS

QUALESCUNQUE PAGELLAS

SACRAS ESSE

VOLUIT

AUCTOR.

Caput I.

De morbi natura.

. quis etymologiam vocis chloroseos recto perpenderit proto fatebitur, non tam de morbi quam de symptomatis agi nificatione. Color scilicet, qui verbo isto praedicatur, mulum malorum proprius atque communis esse dicitur, nec lum apud foeminas sed etiam apud mares invenitur. Neminem gis homines liene laborantes colore induci e viridi flavesnte paene metallico, qui chloroticus paene vocari potest. In tero sexu multae ac variae exstant anomaliae plerumque ne cum menstruationis irregularitate quadam complicatae, ıae aegrotantibus similem speciem impraegnant faciebus. Nec ın ii miseri, qui a typho reconvalescunt, morbo per se grassimo, penitusque succos et sanguinem perturbante, parem spectum praebent, nec me avero recedere opinor, si leucolegmaticum quem vocant habitum, hunc cum chlorotica conındam indole. Quae quum ita sint, medicum de rerum ıtura scrutanti utique opus est, ut diligentius inquirat, in oditas phaenomenorum caussas. Quo facto omnino patebit, ılorosi quoque subesse aliquid, quod ad internam referendum t mixturae naturam, et quamvis levis tantummodo appareant xternae varietates, a colore depromtae, tamen semper in sanuine haeret mutabilitas aliqua haud exigua eaque dignissima, ı quam animi medicorum convertantur. Quodsi quis de hloroseos natura atque indole certiorem sese reddere cupiat, nte omnia oportebit, chloroticae sanguinem accurate cognoscas, uippe qui principalem exhibeat omnis commutationis fontem. Lc recentissimae disquisitiones ope microscopii factae novam ıajoremque lucem effudere in hanc materiam antea fabulosis ıticiisque in ventionibus obscuratam.

Non alienum esse puto ab hoc meo proposito, si nonnulla eferam ex istis instituonibus, quas veteres de eodem medinae docuere capite, ut quantopere vera falsis commixta fuerint, lane intelligas, et quos quantique errores et qualia judicia ollata sint, e simplici cognoscas enarratione. Ni fallor apud omnes fere pristinorum aevorum medicos vulgata erat opino, retentis mensibus oriri chlorosin. Quae sententia quam perperam de morbo prolata sit, vix operae pretium est fusius illustrare. Notum enim est, non solum virgines chlorosi obrui

eas, quae nondum menstruate sint, vel quarum menses flue desinant, sed etiam quamlibet mulierem sive maritam siv virginalem in hunc morbum incidere posse, etiamsi mensiu effluxus rite succedat. Non enim in emissione sanguinis, se in ipsius succi compositione positum atque constitutum ess malum nunc apud omnes constat et ut aut moderatissimi flu uteri detrîtus, aut vel celerrimo cursu sanguis tanquam ca taracta e secreto sinu erumpat, nihilominus tamen decolorer videbis mulierem, si quidem in penitiore ejusdem liquoris stru tura vitium quoddam haeret organicum, quod solitam eider detrahat firmitatem et absque ullo negotio decedere fluidu sinat e corpore. Sed mittamus nunc hanc errorum refutationem quoniam surpa nobis erit hac dere exponendum. Redeamus nun ad veteres medicos, qui quamvis in interiores corporis human conditiones ispicere non possent, i eoque symptomata non nunquam cum caussis commutarent, et potius ea, quae oculi cernebant, quam quae studio atque inspectione eruenda erant pro vero morbo haberent, tamen quasi instinctu quodam in ducti augurium tanquam futurarum inventionum interdum con clusere, multasque veritates, quarum proba argumenta propte auxiliorum in sufficientiam praesto non erant, ut ita dicam prophetico quasi vaticinio enuntiavere. Si quid exempli gratia falsi in ea opinione est, semperque erit, quae a retentis men sibus chlorosin nasci vult, nos quidam aliquam eidem sententiae auctoritatem suppeditare possumus, quippe qui nostro jure de clarare queamus, in hoc morbo omnino retineri in corpore et cohiberi solidiores sanguinis partes, ita ut fluida emittantur ex utero, quae optimis orbata sint virtutibus. Sed harum con ditionum nescii erant antiqui, neque quid sanguinis exierit, quid remanserit satis certis rationibus definire callidi. Propius id circo ad veritatem accessere, qui de interna dyscrasia verba facere ausi sunt, et quamquam rudis et indingesta quaedam apparens haec vetus morbi definitio, tamen aliqua negari non potest cum nostra provectiore intelligentia similitudo. Sigwart, qui olim de chlorosi scripsit diasertationem, est vero morbus, inquit, vera ex dejecta chylopoiesi et haemotopoiesi cacochymia pituitosa, sive talis humorum depravatio, qua loco boni in vasis conficiendi cruoris, ob digestionem laesam et debilitatum canalium sanguiferorum tonum, mera frigida, lenta colluveis vasa corporis tenuis ita occupat, ut penuria potius, quam ple thora sanguinis sinceri, qui tamen ad colendum mensium negotium omnino requiritur, vicissim indies increscat. Et Swietenius scite mancam ac vitiosam incusat chylificationem;

c, ait, totum corpus iners fit, tumet, pallet, non ob jacam sanguinis rubri, sed quia quotidie chylus albus sanguini unditur, quem vires corporis non valent mutare in sanguinem orum. Omnino concedendum, in morbo chlorotico adeo laesam e digestionem et chylificationem, ut ex inde serosam magis lucat sanguis indolem, nec inepte faciunt, qui hanc ob rem orosin cum scrofulosi comparant, in qua lymphaticum nimis minatur systema. Et quum in hac dyscrasia incrassari cupiant nphaticae collectiones et depositiones, in tumorum et tuberorum formationis gratiam, chlorotici permagna excellunt aquosas dejectiones proclivitate. Quocirca chloroticae non multum abhorrent ab hydropicis, saepiusque ipse vidi chlorasi grotas quam facillime in hunc morbum incidisse. Id quod riusque mali commune videtur esse, in eo cernitur ni fallor od anaemicus quidam status per totum corpus regnat, quare , ut vividiores et solidiores partes in principalis organismi ccu amittat, nec nisi eas conservet, quae per se ipsae chloticum ducunt colorem, et quoniam extremos usque corporis ovehuntur fines, toti homini leucoseos impertitur species ac ltus.

Quae recentiores hac de materie diligentius inquisivere uobiscum communicavere, ea praeclare anaemiam praesto esse monstrant. Non solum enim tenuem et aquosum repperis nguinem, sed etiam comminutam coagulandi facultatem, propea quod seri decoloris superflua copia longe superat parvulam llidamque placentam. Nimirum ipsi globuli numero et coe inferiores, multique exstant, qui plane omni pigmento detuti ne minima quidem ferri ducunt vestigia. Ex quo facile telligis, plasticam penitus collapsam esse vim, qui virium llapsus eo durius aegrotas premit, quo magis fibrinum prino suo orbatum est robore. Fibrinum nempe sufficiente quanate per vasa volvitur, bona autem indiget firmitate, et alminis paene adaequat mollitiem. In quo albumine illegitimus se videtur principatus, quippe quum nonnullae excretiones sius plus justo impleantur commeatu, urina nonnunquam, uti se vidi, albuminis sat magnam secum habeat copiam, sive od albuminis in fibrinum transformationem perficere nequeat ganismus, ob alcalinarum substantiarum defectum, cujus armenti mihi quoque arrisit perspicuitas, sive quod aciditas aedam, cujus suppositionis veteres medici exstant laudatores, eo urgeat in colatoria, ut locium imprimis inutilia excipiat ida, quae seri lactei similia esse dicuntur.

Quae quum ita sint, omnino pro rato habeo, totam chlo-

rosin positam esse in sanguificationis et reproductionis erroribu. Haec autem vitia tos tantaque sunt, ut variarum affectionu numerosa hinc nascatur proles. Re vera et in sexu virili apud infantes mala evadunt sat multaquae quum ex eode fonte, sanguinis scilicet manca praeparatione profluant, vix ne vix quidem a chlorosi discerni queant. Quam ob rem ista definitionem strictioni sensu intelligi oportet eo, ut irregula tatis praesentes solummodo applicentur ad muliebres funct ones, quae quominus rite procedant, propter abnormitate succorum cohibentur. Et quoniam hae functiones maximi pre sunt ea vitae aetate, qua evolutionis fieri debent incremen porro dicendum, inhibitas secretiones spectare potissimum aetate juvenilem, seu pubertatis periodum. Sane igitur cum me struatione jungenda chlorosis, praesertim quum omnio qu cum bono vel malo eventu in feminas agant, protinus referend sint ad uteri provinciam. Mulierum enim vita nonnisi in se ualibus constat functionibus, circa quas et animi et corpor agitantur motus. Non dubito ego, quin creberrima et pra stantissima alterius sexus malachlorosis sint et hysteria, qu rum altera e sanguinis in uterum perverso nascitur influx altera in nervorum vitiosa in eandem provinciam auctoritat Dato hoc abque concesso nulla jam de chloroseos vera indo cis esse potest; postquam enim uberrime demonstratum es sanguinem in tali rerum conditione, eo, quo instructus ess debet exui rubore, id quod e colore pallido et e plasticitate dim nuta intelligis, quis est, qui ex assimilatione perturbata origine duxisse morbum neget. Si quid praeter normam in hoc ne gotio ad servandam bonum valetudinem perquam necessari accidit, sanguini quoque damna inferuntur quam maxima. Ut postea res se habent, semper normalem vasorum labefactu conspicis turgorem, et in eo casu, ut tenuissimus per relaxat organa sexus quam uberrime effundatur sanguis, et tunc, quu idem succus retentus obstipationes efficit organorum interioru imprimis abdominalium, et in venosis congestionibus abdita quidem sed periculosus ponit malorum sedes.

Caput II.

De morbi phaenomenis.

Cognoscitur morbus colore faciei pallico, livido, nonnu quam vel griseo, viridiusculo, coeruleis circa oculos marginib labiis albescentibus, lingua alba, cuti sicca, pallida, plane inert Praeterea adsunt nutritionis depravatae signa manifesta. Di

omen tensum, flatulentiam subinde enascentem, obstipa-
em alvi saepius repetitam, dolores trahentes in regione
borum, angorem circa pectus, ad lipolluminen propensitatem,
iginem, somnolentiam respirationem difficilem, tremorem
ım, animi moerorum paene melancholicum, somnolentiam
inuam, lassitudinem admodum ingratam, virium denique
strationem. Huc accedunt mala, quae non solum sensu
cipiuntur communi sed etiam in praecipuis locis distinctas
ocant affectiones, veluti cardialgia, aliaeque spastica signa,
riaticae et convulsivae affectiones, nausea, vertigo, susurri
aures, scintillae ante oculos, cephalalgia, visus hebetudo,
ante omnia appetitus vitiosus, quin etiam immanis nec non
ualis libido paene intolerabilis.

Perlustreris, quaeso, haec omnia phaenomena, ut, in quo-
ı systemate plurimum peccetur, perspicuum reddere possis.
cul dubio graviter cum morbo conflictantur nervi, praesertim
m pleraeque chloroticae admodum sensibiles se praestent,
facile animum dejiciant, quin etiam in mentis incidant
nationes. At vero plurimum hac in re valet aegrotae con-
ıtio, quae si tenera est, et natura vergit in spasmodicas
ctiones, lubenter etiam perversis indulget sensationibus, prae-
im quum nervori imbecillitati minime prosit sanguis chlo-
cae baccidus. Nihilominus in ea consisto opinione e turbata
guinis circulatione emanare cunctas, quas enumeravi, aegri-
nes, quarum altera pars ipsam nutritionem significat admodum
ilitatam, altera congestiones amplectitur irregulariter modo
modo illuc proficicientes, et cum magno aegrotae incom-
lo vel ad nobiliora organa vergentes. Rem ita se habere
quoque conjicio, quod irregularibus subinde vexentur ac-
tae horripilationibus, nec non de levibus saepe conquerantur
icitationibus. Inequalis insuper corpori calor, nam extre-
atis aegrotarum fere semper frigidas me tetigisse memini.
somni inquieti et pulsus inordinatus idem confirmant, nec
ınt caeterum observatores, qui quamquum pulsum debilem
parvum agnoscant, tamen sempiternam insuper coarguant
uentiam, unde levem subesse febriculam non sine veri sus-
one colligunt.

Quodsi in turbata circulatione morbum positum esse patet,
hunc rerum permutationem referenda esse censeo omnia,
e passim in corpore tam externo quam interno conspiciun-
phaenomena. Pro primo temperies notanda, quam praeter
mam diminutam esse elucet. Hinc quoque coloris mutatio;
ı ex parco sanguinis affluxu non solum frigidae horridaeque

fiunt corporis singulae partes, sed etiam ruborem pristin atque legitimum amittunt. Et quoniam in iisdem regionib aut decolor congeritur sanguis, aut venosae retinentur cong tiones plane intelligis, cur tot tantaeque exstent coloratio varietates. Pallor, inquit Sauvages, rerum nosologicarum scr tor experientissimus, vel albus est, vel cinereus, vel fusc cereus, luridus, et diversus hasce colorum commissuras veri exprimere difficillimum est. Temperiei jacturam porro cognos e cuti rigida et aspera, paene cadaverosa, etiamsi nondum v oematosae exstitere intumescentiae.

Aliud circulationis turbatae symptoma et dignissimum, quod animi medicorum vertantur, in cordis reperis pulsatio Passivae et involuntariae ut ita dicam animadvertuntur co gestiones; originem enim trahunt ab atonia quadam totum c pus premente, et a diminuta energia, quae vasorum magnoru relaxet bonam turgescentiam. Quocirca si quiete se habe aegrotae magnam admiraris tranquilitatem, quae stupidam fe vecordiam significare videatur. Simulatque autem paullulu exsultavit aegrota, sive quod ingenium aut legendo aut m ditando aut simili intentione applicavit, sive quod corpori l bores imposuit etsi levissimos, statim pulpitatio subsequitu ingenis, ut non solum per totum pectus eam ex audire que sed etiam vultus in ternam detegat inquietudinem, et in dinata pulsatio peditentim in undulationem transeat admod injucundam, quippe quae angorem procreat vix tolerabile Simile quid Hippocrates jam expertus est, quum de assuma chloroticarum verba faceret. Hae vero difficultates sub ini morbi solummodo e motu nascuntur modum excedente, ut p mum in veteravit malum, non jam de transitoria agitur cal mitate, sed vera subintrat dyspnoea, quam ipsae aegrotae su levare cupiunt gemendo et profundius suspirando. Eae aute commotiones tam abdominis quam pectoris, quae diaphragma perficiuntur ope, simul debilioris documenta praebent respir tionis, et universalis atoniae vel musculos affligentis. Ita en existimo, sanguinis circulationem per pulmones santis obruta esse impedimentis, ut exinde abdominalia quoque organa aeg ferant tenuem parcumque sanguinis affluxum, et digestorios pe peramtractari apparatus, ea quae supra jam commemorav docent symptomata, cardialgia nempe, et qui cardialgiam pra cedit, ructus molestissimus. Immo e eodem forte metus futur pneumo phebiscos non plane rejiciendus.

Jam supra aciditatis mentionem feci hunc morbum pr caeteris insignientis. Ex digestione enim laesa succi qui hu

negotio inserviunt, depravantur, quo fit, ud variae mo-
tes gignantur, quae ventriculum imprimis vexent. Scis
raticas de multis atque diversis conqueri incommodis, vel
rificis sensationibus, quae passim in regione emergant epi-
rica. Modo prementes modo urentes modo trahentis
sant dolores, omnium autem praestantissimum symptoma
quod non solum nervorum malam indicat affectionem, sed
irabilis secretionis perspicua praebet documenta. Sin-
us enim, pyrosis, et vomituritiones quid aluid significant,
assimilationem incompletam, et gastrici succi corruptionem?
absorbentium cupido vix satiabilis, quorum usus per-
um sane manifestat gustum, tamen nonnullis aegrotantibus
uantulo levamini fuisse fertur. Negari quidem non potest,
iendi facultatem longe aliam esse apud chloroticas quam
d sanas foeminas, et e phantasticis imaginationibus oboriri
nunquam appetitus, quos amentium potius quam sanorum
dixeris. Sed memineris quaeso, quantum in altero sexu
at phantasia et quam difficile sit, in omnibus et singulis
dicare, quid foeminae veri insit, quid ficticii. Recte monet
mannus in dissertatione sua de chlorosi, appetitus abnor-
saepenumero non tam in organicis constare pathematis,
m in pathologicis puellarum cogitationibus. Illud vere,
quis, etiam hoc loco non praeter eundem est, multos pu-
hanc picam non involum. Curiam esse et a laesa phan-
a oriri, sed puellas, quoniam se pulchriores futuras esse
timant, si palleant, sponte sua absurda vocare, libenterque
rare omnia ut colorem hanc sibi concitient. Fuerunt inter
licos antiquos aliqui, quos admodum diffisos esse mulie-
us queretis arbitror, propterea quod chlorosin pro pica
malacia habebant, id est in symptomatis acquiescebant
quae solummodo ex ore veniebant negrotae. Certe morbus
oris pretii est, quam qui in sola nervorum consistat hy-
aesthesia, nec nisi graviorum malorum additamentum
o æppetitus perversitatem, pariter atque apud hystericas
m fere obveniunt sentiendi errores, quin quis unquam huic
bo creberrimo auctoritatem eam, quam hucusque tribuere
lici, detrahere ausus sit. Vix tamen ad dignoscendum
bum aliquid refert et ad disjungendam solam anaemiam
chlorosi, utrum symptomata systematis nervosi laesi di-
ionem turbatam antecedentem subsequantur.

Restat, ut quomodo cum praestantissima mulierum functi-
in tali morbo stat, paucis verbis exponam. Amenor-
ea minime chlorosi opus esse, supra jam commonefeci.

P. Frank hac de re ita loquitur: Non paucae omnino v gines, chlorósi detentae, amenorrhoea simul laborant sed n tam raro tamen et aliis et nobis non modo puellarum, adultae quoque aetatis foeminarum sub singulis chloropi affectionis phaenomenis, menstruo tamen fluxu nequaqu destitutarum exempla occurrerunt. Naumann in compen suo clinico sex morbi affert species, quas e menstruatio vario sumpsit habitu. Secundum hunc rerum clinicarum pr ceptorem clarissimum chlorosis aut in puellis observatur n dum menstruatis, aut molimina tantum catameniorum pr bentibus. Hae virgines plerumque ab infantia jam imbecill deplorans valetudinem, catarrhalibus saepe affliguntur affectio bus, aspectu sunt pallido, leucophlegmatico, scrofuloso, q in pthisin pronae, juvenili egents trenuitate et hilaritate, ubi primum in chlorosin abiere, pertinacissimo cruciantur ma Altera species menstruatas complectitur virgines, dysmenorrho laborantes. Lubenter hystericae ad chlorosin accedunt g vedines; sanguis, qui ex utero effluit, tenuis, serosus, limpid Tertiae menses fluunt rite quidem sed profusae, ut pa metrorrhagiam suspicari possis. In libero spatio leucorrho adest, aegrotae emaciantur, cinereum ducunt colorem, po remo oedematosae fiunt. Pro quarto amenorrhoeam ha transitoriam ex insultu aliquo vel ex incauto regimine orta Ea, quae tunc supervenit chlorosis, levissima: In quinto dine numerantur uxores steriles, qui parca et inordin menstruatione facile cum negotio leucorrhoeam, simul eti chlorosi sibi consciscant. Denique viduas eidem malo noxias esse dicit, quae a solito abstineant coitu, eidemo ordini inserit virgines aetate provectas ob nimiam castitat in idem malum ruentes.

Ut breviter atque concinne ea, quae ad menstruation pertinent, componam phaenomena, pro primo dicendum, se per et ubique chloroticas in ordinata excellere menstruatio aut enim parci sunt menses, aut profusi, aut plane n praesto sunt. Nihilominus errant ii, qui hanc irregularitat pro essentiali ducunt phaenomeno, vel pro vera morbi origi Immo quum antea jam fusius demonstraverim, sanguinis fluer vitia ex interno emanare fonte, nunc denuo quam maxime ani tuo mandare debes, ab eadem caussa repetentum esse, qu quid in qualitate non solum sed etiam in quantitate pecces sanguinis.

Caput III.

De caussis morbi praedisponentibus.

Optimi morbi observatores in eo consentiunt, quod pluri-
ım educationem ad puellarum conferre aegritudinem dicant.
ecte, nam ex quo tempore somaticis exercitationibus puellas
suefacere coeptum est, ni fallor minor aegrotatum exstitit
pia. Neminem medicorum fugit, e diaeta totoque regimine
rae caeteris pendere bonam valetudinem, nec quisquam un-
ıam negavit, a victu inepto multas et varias enasci affect-
nes, quae sanguinem imprimis corrumpant, et cachecticos
ddant homines. Quocirca necesse non est, ut fusius de-
onstrem, quomodo vita nervos emolliens maxime idonea sit
l chlorosin provocandam, quanto cum incommodo cibi male
ɔncoquendi, adiposi, insipidi sumantur, quippe qui digesti-
ıem laedant, secretiones cohibeant, venosas constipationes
infarctus intestinorum gignant. Haud minoris momenti
ër atmosphaericus, quem recreantem omnino esse oportet,
quidem laeta constare debet valetudo. Notissimum est,
ıas in universum exstare vias, quibus in aegritudinem deduci
leant organisi. Aut enim pravis nutrimentis utitur homo,
ıt insalubrem inspirat aërem, in utroque autem casu assi-
ilationi quam maxima injiciuntur damna, quam ob rem ii,
ıi exinde oboriuntur morbi, in succorum potissimum niti
identur corruptione. Quos quantaque ex aëre inquinato
ignantur mala, praeclare docent oppida, quae conferta habi-
ıntur plebe, angustis instructa sunt domibus, quae solis luce
ırent amica. In hisse locis semper permagnam offendis
grotarum multitudinem, quae cachecticum praebent aspec-
m, leucorrhoea sunt praeditae, anaemicis conflictantur
fectionibus. Vix operae pretium es; longius enumerare,
ıales cibi et quales occupationes prae caeteris in chlorosin
onas reddant foeminas. Sufficit adnotavisse, victum tenuem
m quam epulas lautas vitamque luxuriosam nocere posse,
quidem plus comedant homines, quam quod digestoriae
ıstensent vires. At vero, si nimia adest vocacitas, nonnisi
ıullatim in labem descendit organismus; eo autem graviora
bi contrahet mala, quo pejora sumperit nutrimenta. Minime
ıtem e vestigio chlorosis excipit praeteritas de laesa di-
stione querelas, immo peditentim emergit, et sub variarum
ngestionum specie irrepit. In tali enim casu vera succorum
lest dissolutio et decompositio, nec nisi postquam aquosae

sanguinis partes primores factae sunt. externa quoque conspectum veniunt mali abditi signa.

Joergius haud inepte ita commentatur chloroseos ori nem, ut e labefacta nutritione et e parca sanguinis oxydatio omnia, quae obviam fieri possint, deducat symptomata. Hi provenire ait intestinorum imbecilectatem, glandularum abd minalium obstipationem. Re vera plurima aegrotarum pa ob malam vivendi rationem in morbum incidit, quamvis n nullae inveniuntur foeminae, quae chloroticum ducant color quin intestinalibus obrutae sint affectionibus. Inspicias, quae mulieres de die in diem tenuissimos potus bibentes, fere s coffeae vel theae usu viventes, quid amplius patho genet opus est explicatione, quum solis luce clarius sit, e continua potu aquoso sanguinem ipsum aquosum fieri?

Quodsi ego Joergio assentior, qui parum oxygenii hab sanguinem chloroticarum elocutus est, id quod sane eve apud miseras istas puellas, quae laborosam et lacrymos degunt vitam in pauperum tabernis obscuris, humidis, squa dis, eo tamen audaciae progredi nolo, ut ab hac sanguificati depravata fortiorem derivem uteri irritabilitatem. Nam libidinosus quidem stimulus vel imbecillioribus esse pot propterea quod infelicissimae sedulo fungi solent mune tamen non habeo, quod inordinatam uteri conditionem ipsam sanguinis egestatem referre recusem. Neutiqam nece est, ut secretae cupiditates in occulto alant foveantque morb et suo jure castigat idem scriptor medicos, quod ex maxi parte chlorosin ab insatiata libidine et ab oppressa m struatione provenientem faciant. Quae quum ita sint, mel de morbi diagnosi consulere mini videor, si sanguinis inopia quam novissimi quidam miraculoso nomine leucochylhaem designant, permutationum omnium exhibeam principium fundamentum. Nostrum non est, diligentius inquirere, fiat, ut ferro indigeat sanguis chloroticarum, quippe qui morbo ipso dissertationem conscripturus sim, nec minuti ac subtilibus implicare me cupiam perscrutationibus. Va insuper vereor, ut quidquam probi atque sinceri exhaurri ii, qui ejusmodi mysteria investigare in animo sua habe et quoniam divina quadam mente auspicari non dedecet vir quem strenuae disciplinae relinquunt auxilia, jamjam ne ob quidem cariorem mihi esse recentiorum gravitatem clara v profiteri audeo. Vix enim multum interest, num ferri oxygenii defectus sanguinem inferiorem reddiderit, praeser quam nostrae aetatis viri doctissimi in ea uniantur fide, r

iscrepare terrestria a coelestibus, hominemquae componi sdem elementis, quibus aërem atmosphaericum constare jamudum experti sumus. Nec dubito, quin impedito oxygenii ommeatu non solum anaemicus et cachecticus praeparetur inguis, sed re vera ferri quoque minuatur copia. Caeterouin quam parca ferri multitudo sanguini insit, quis est, qui esciat? Et reputes tecum, quicquid in corpore insit ferri, on solum e nutrimentis parari posse, quoniam exiguae exstant ibstantiae edules, quae ferruginosae, sit venia verbo, dici ueant. Ceterum tamen simul cum penuria sanguinis qualiitem quoque depravatam esse, elucet. Ferro enim deficiente on solum fibrina diminuitur, pigmentum rubrum vix suffiiens paratur; indeliquor sanguinis ejusque serosa pars et lobuli decolores non rubre tincti praevalenit, quae omnia x fonte vegetationis et reproductionis perversae, inprimis x functionibus debilitatis ventriculi, cenalis alimentarii, heatis et lienis et totius systematis lymphatici originem ducunt, i quibus organis prima globulorum lymphaticorum et sangui eorum elementa formantur, quamvis haud dubio etiam respiitionis et oxydationis processus labefactus non parum ad illam nperfectibilitatem globulorum affert, haud dubio globulorum ecolorum formatio cum obstipatione et stasi vasorum capilirium cohaeret.

Sed mittamus has subtiliores et inutiles controversias. 'ac acquiescas in ea expositione, quam ab exordio jam de anguine protuli ad munera sua perficienda haud sufficiente. ;anguinem nempe adeo vilem esse contendi, ut debilitatum xinde totum organismum apparere oporteat, et si quae suinde subintrent congestiones, passivae tantummodo hae duendae sint. Omnino igitur paullisper irritari sexualia organa as est, quum aut hyperaemico turgeant affluxu, aut nervorum igratum percipiant vim. Semper aliquid in utero haerebit, i quid mali perpessus fuerit sanguis foemineus, et tam arcta ecessitudine sexuales junguntur functiones cum principali vitae omite, ut mehercle chloroticam inspicere nequeam, quin quid ifra a norma recedere suspicer. Attamen uti jam supra ommemoravi, cavendum, ne inversa utamur rerum expliation, caussam pro effectu habeamus. Intra et extra muros eccatum est; errant, qui perquam chlorosin e vitiosa oriri lament menstruatione, licet omnes mulieres chloroticae aliuam saltem praestent irregularitatem, nedum ulla inveniatur oemina, quae nunquam more vetito voluptuosis se dediderit maginationibus, quibus magnam in corporis valetudinem, nec

laudabilem esse vim nemo unquam negavit. Falluntur etia qui absque omni sexualium organorum respectu chlorosin p mera exhibent cachexia, acsi in numero esset morboru dyschymicorum, syphilidos, scrofuloseos, arthritidos. Est aute chlorosis morbus vere foemineus, et risum tenere vix possu si quis de viro chlorotico verba facere incipit: Fernelius atq Forestus talia olim fabulati sunt. Non magis de infantib chloroticis sermo esse potest, quorum organa sexuatia sile debent. Sic enim voluit ac jussit natura. at si proh dol praemutura lascivitas, nefaria libido teneras puellas compul ut ipsae sese immacularent, ut stimulum expergefacere qui sub castitatis tutela vel insciam virginem celari deb tunc certo augurari licet. miserrimam commissi criminis poen esse soluturam, et viribus prostratis cum longo et lacrymo morbo dimicaturam.

Redeamus ad rem. In praedisponentibus chloroticae affe tionis caussis non omittendi animi motus. Emaciantur homine ciborum amittunt appetitum. succorum et sanguinis jactura faciunt, qui diuturno premuntur moerore, curis lacessunt vexatoriis, diris contunduntur infortuniis. Quicquid pect angit, animum constringit, mentem obvelat. vel sanguinem qu que rarificat, digestionem laedit, nervos irritat. Et quid fo minia irritabilius? Adeo mobili est natura, ut levissimu quodque vehementissimos ciere polleat affectus. Quocir nemo miratur, quod chlorosis tam crebro vel eas adoriat foeminas, quae secunda uti fortuna dicuntur. Timorem terrorem facie expressos cernis pallida. Quoties hi mot foeminae esurgunt! Quam celeri cursu sese excipiunt ang et metus et tristitia, quum secretus amor modo dulcia co donet cordi gaudia modo infandos exsuscitet dolores!

Superfluum est, memoratis caussis adjicere morbos vario qui quum per se soli quam maxime idonei sint ad exhau riendas vires, tum in consecutoriis nonnunquam habent mal chloroticam affectionem. Praeter ipsas cachexias huc num randae sunt haemorrhagiae et blenorrhoeae, febres continua vel intermittentes, per longum tempus durantes, admodu corporis robora conterentes. Eundem effectum habere dicu suppurationes diuturnas, sanguinis emissiones saepius repetita medicamentorum laxantium usum continuum; eandemque noxie tatem nonnunquam fuisse tradunt antimonialibus, mercurialibu nec non speciebus epurantibus. Permulti scriptores non im merito de anthelminthicis conqueruntur curis, quod haec me thodus abortiva chloroseas tanquam ansa sit. Quid de orga

icis deformationibus putandum sit, quae totum corpus in niversum aut in specie muliebria decurtant organa, equidem ıehercle nescio. Ipse hac de re expertus nihil sum, dubito utem, quin plane rejicienda sit eorum opinio, qui puellas coliosi, lordosi similibusque vitiis affectas natura in chlorosin procliviores esse conseant.

Caput IV.

De ulteriore morbi decursus.

Acutorum morborum est, certas habere periodos, et intra nes teneri praedestinatos. Chlorosin propterea, quod ab hoc ıore recedat, in chronicorum malorum numerum inserunt. ;st autem, ubi brevissimum tantummodo temporis, spatium ercurrat chlorosis, nec ab omni febrili exacerbatione libera it, quo in casu eam febrilium affectionum similem esse dixes. Re vera evenit, ut puellae interdum chloroticis vexentur ıolestiis per pauxillum temporis, priusquam cum legitimo rogressu fluere incipiant menses, ita ut profecto opinari liceat, e anomalia quadam agi menstruationis, quae febrilibus conomitata sit symptomatibus. Ast ne de regulae exceptione, ed de solito disseram cursu, sane res trita atque vulgaris st, chlorosin ad pertinacissimas pertinere calamitates. Rarisime enim accedit, ut transitoriam solummodo chlorosis efficiat egritudinem, quam cum corporis evolutione junctam esse atura ipsa voluit jussitque. De regula morbosa in corpore am inveteravit irritabilitas, debili atque imbecillo, quum di;estioni nova in dies injiceruntur damna, assimilatoria organa ıagis magisque corrumperentur, firmaeque concretiones glanulas meseraicas ipsarum detraherent officiis. Hinc illae acrymae, quae ob cachexias irrepentes, hydropem modo in uti, modo in abdomine, modo in thorace confluentem, ob febres utridas et lentescentes, ob suppurationes, haemorrhagias, ganraenas in utero passim evadentes, non sine justo futuri exitii ugurio funduntur. Etenim in tam tristi rerum conditione ad obitum estinantes video aegrotas, nec nisi exiguam spem conserandae vitae vel ingeniosus arripiet medicus. Melius de egrotis consuli potest, si aperta potius morbi sint phaenonena. Semper mali ominis est, si cum occulto dimicandum it hoste. Interiora mala, quae in imo corpore penitus sint bdita, plerumque quasi inevitabile fatum lento quidem sed luro pede progrediuntur. Organicae igitur destructiones pesimae, levioris momenti eae congestiones, quae turbatae solum

circulationis manifesta evadant documenta. Non ita magnu negotium est, restituere aequilibrium, quo nimirum organi mus carere non potest, mitigare, quae justo magis excitat sunt, sopire, quae saeviant fugaci tumultu. Natura ipsa qua maxime concupit, ut organorum compensentur discordia Post longas, quin etiam periculosas vasorum sanguiferoru procellas subito interdum inopinatam advehit menstruationer doloribusque finem imponit exoptatum. Intolerabiles intestinoru oppressiones quoties benigna natura ita exsolvit, ut vicar colatorio recluso solamen pararet miseris, quo nullam med camen erat praestantius!

Caput V.

De signis morbi anatomicis.

Ea, quae post mortem repperiuntur indicia, sensu stric tiori consecutaneorum potius dicenda esse censeo malorum quam ipsius chloroseos. Supersedere igitur possum ena ratione metamorphoseum organicarum, quae per phthisin v per hydropem perficiuntur. Id quod de vera chlorosi ob ductoriae edunt relationes, non amplius vergit nisi ut atonia universalis et anaemici status certiores nos reddamur. Pr primo inspiciamus, quomodo cor se habeat secundum vis reperta, quippe quod organon centralis circulationis locus si punctum, ut ita dicam, saliens, unde re vera vivis aegroti tot tantaeque oriuntur querelae. Undique conclamant, magnar fibrarum cordis conspectam fuisse relaxationem, sanguinem parcum, tenuem, aquosum, venas turgidiores quam arteria: Non desunt polyposae concretiones, sive pseudopolypi, quo facillimi post diuturnos vasorum tumultus subsequi notissimu est. Etiam de aquae in pericardio sermonem faciunt col lectione. Haec sufficiant quoad organa respiratoria. In ab domine inventae sunt glandulae tumidae, obduratae, et i vasis lymphaticis obstipationes, dilatationes, divaricatione Critica, quaeso, recensione accipias, nec raro hepatis et lieni abnormitates tum quoad structuram, quum ad colorem, qua de genitalium dicuntur degenerationibus, de atresia orifici uteri, de ejusdem organi parvitate abnormi, de ovariorum amplitudine. Carus genitalia possessisse se ait puellae chlo roticae exulcerationibus interfectae, cujus uterus digiti longitudinem non superaverit, parietibus admodum attenuatis.

Caput VI.

De malis morbi consecutoriis

Magna chlorosi est proclivitas, paullatim transeundi in ıorbos cachecticos, qui succorum nituntur plana decompositi-ne. Ejusmodi dissolutiones et colliquationes lento gradu ubintrant, et quum prima vix detegerint vestigia, detergi uasi jam dixerim primae et originalis affectionis characteres. }uo fit, ut prae confusione phaenomanorum veram inspicere ıequeat medicus imaginem, et satis diu in tenebris versetur, lonec novo rerum ordine pristinam jam effugisse sympto-natum compositionem miratus exclamet. Dum omnes florent hloroseos manifestationes, ingredientem jam cernere licet ıydropem, oedema pedum, abdominisque, urinam parcam, udorem retentum, oppressionem pectoris. Tali modo aut ınasarca, aut ascites, postremo etiam hydrothorax gignitur. Ni fallor ego, hunc exitum hydropicum chloroticus morbus unc potissimum venatur, quum interiora correpta sint organa ıbdominalia, et insolubiles infarctus in decomponemdo anguine omni vi contendant, aut quum ab initio jam tanta luidi tenuissimi vasa sanguifera inundantur copia, ut ex-udationes aquosae exinde pronasci cogantur. Alteram nec neliorem rerum mutationem vidi, quum in respirationis orbe ota exacerbaret morbi saevities. Tussis scilicet intravit ontinua, dolorosa, cum sputis cruentis vel purulentis, pulsu erpetuo febricitante, exacerbationibus irregularibus. Denique cenam miserabilem finivere febris hectica, diarrhoeae colli-quativæ, haemorrhagiæ suppurationes. Patet, in tali rerum onditione nonnulla symptomata, quae ad chlorosin pertinere licebantur, perdurare, ingravescere, et ut ita dicam, con-lensari, dum res scilicet in pejus verti coepere, nam ubi primum hectica cuncto homine potita est, et ad supremos pervenit actus, neque de chlorotico colore, neque de genitalium verba facere oportet munere incompleto.

Caput VII.

De morbi diagnosi.

